minuſ· uenit ad baptiſmum· Cito quoque aduentuſ marię
& preſentię dominicę beneficia declaratur· Simul enim
ut audiuit ſalutationem marię eliſabeth· exultauit
infanſ in utero eius· & repleta eſt ſpiritu ſancto· Vide diſtincti
onem· ſingulorum quoque uerborum proprietatem· Vocem prior eliſabeth au
diuit· ſed iohannes prior gratiam ſenſit· Illa naturę ordine au
diuit· iſte exultauit ratione myſterii· Illa marię· iſte
domini ſenſit aduentum· femina mulieriſ· & pignus pigneriſ·
Iſtę gratiam locuntur· illi intus operantur· pietatiſque myſterium
materniſ adoriuntur (id est incipiunt) profectibus· duplicique miraculo prophe
tant matreſ ſpiritu paruulorum· Exultauit infanſ· reple
ta mater eſt· Non prius mater repleta quam filius· ſed cum filius eſſet
repletuſ ſpiritu ſancto· repleuit & matrem· Exultauit iohannes·
exultauit & marię ſpiritus· Exultante iohanne· repletur eliſabeth·
Mariam tamen non repleri ſpiritu· ſed ſpiritum eius exultare cognoui
mus· Incomprehenſibiliſ enim· incomprehenſibiliter operabatur in ma
tre· Et illa poſt conceptum repletur· iſta ante conceptum· Be
nedicta tu inter mulieres· & benedictus fructuſ uentriſ
tui· Et unde hoc mihi· ut ueniat mater domini mei ad me·
Nouit ſermonem ſuum ſpiritus ſanctus nec umquam obliuiſcitur· &
prophetia non ſolum rerum completur miraculiſ· ſed etiam proprietate
uerborum· Quis eſt uentriſ iſte fructuſ· non ille de quo dictum eſt ec
ce hereditas domini filii merceſ fructuſ uentriſ· Hoc eſt He
reditas domini· filii ſcilicet· quorum merceſ ſunt fructuſ illiuſ· qui de
marię uentre proceſſit· Ipſe fructuſ (uentriſ) eſt floſ radiciſ· de quo
bene prophetauit eſayaſ dicenſ· Exiet uirga de radice ieſ
ſę· & floſ de radice eius aſcendet· Radix enim eſt familia
iudeorum· uirga maria· floſ marię chriſtus· qui ueluti bone
arboriſ fructuſ· pro noſtrę uirtutiſ proceſſu nunc floret·
nunc fructificat in nobiſ· nunc rediuiua corporiſ re